

Boleslai Ducis Mazoviae et Domini Ploen-
sis, quibus promittit quod ad mandatum Regis
Joannis, Carolo ejus primogenito, si Rex more-
retur, homagium fidelitatis prestabit.

Nos Boleslaus Dei gratia Dux Mazoviae et Domi-
nus Ploenensis recognoscimus pro nobis, et nostris
heredibus tenore presentium, et successoribus universis.
Quod ad requisitum et mandatum Serenissimi Principis Domi-
ni nostri charissimi, Domini Regis Boemiae nobis presentibus
litteris factum Magnifico Principi Domino Carolo, ipsius
Domini Regis primogenito Marchioni, Moraviae con-
sanguineo nostro charissimo, et suis heredibus, et suc-
cessoribus fecimus et presentibus facimus promissum,
bona et sincera nostra fide in eum eadem, si quod
abierit, praedictum Dominum nostrum, Regem Boemiae
decedere contigerit ab hac vita, ex tunc ipsum Domi-
num Carolum et non alium ratione primogeniture
sue, vel eo non extante, heredes et successores suos, pro
Dominis nostris legitimis, et naturalibus habere volumus
et debemus eisque ex tunc homagium fidelitatis
prestare solitum et consuetum. Harum nostrarum
testimonio litterarum, quibus nostrum sigillum duxi-
mus appendendum. Actum et Datum Regnandi in
crastino Sancti Michaelis Archangeli, sub Anno Do-
mini MCCCXL.

